

Hac institutione salutifera moniti. fileant de
trahentes studentibus in poetis ad tempus.
nec ignorantes huiusmodi cōnestiētes desiderēt
quia hoc simile est solacio miserorū. **S**tatuat si
bi quisq; pie intentionis affectum. et de quacū
q; materia obseruatis virtutis circumstācijs
faciat studiū deo gratū. **E**t si i poeta profecerz
quemadmodū magn⁹ maro se fatetur in ennio
non amisit. ¶ Capitulum xliij. de illis qui pre
cipue deberent libros diligere.

Recolligenti predicta palam est et pspiciū
qui deberent esse librorum precipui dilec
tores. Quī namq; sapientia magis egent ad
sui status officium vtiliter exequendū. hñ po
tissime sacris vasis sapientie ppenhōe paul
dubio exhibere tenētur sollicitum grati cordis
affectum. **E**st autem sapientis officiū bene or
dinare et alios et seipsū. scūdum phebūm phi
losophorū aristotulem prohemio methaphisice
qui nec fallit nec fallitur in humanis. **Q**ua. pp
principes et plati iudices et doctores et quicum
q; reipublice directores. sicut pre alijs sapien
tia opus habent. ita pre alijs vasorū sapiencie
zelum debent habere. **P**hilosophiā nimirum cō
finxit boetius i sinistra quidem septz et in dex
tra libros gestantem p quod vniuersis euident

ostenditur nullum posse rempublicam debite regere sine libris Tu inquit boetius loquens philosophie hanc sententiam platois ore sanxisti breuas fore respublicas si eas vel studiis sapientie regerent vel eorum rectores studere sapientie contigisset rursum hoc nobis innuat ipse gestus ymaginis • quod quanto dextra sinistra precellit • tanto contemplatiua vita dignior est actiua simulque sapientis interesse monstratur • nunc studio veritatis nunc dispensationi temporalium indulgere vicisti • **Philippum** legimus dijs regnatum deuote quod alexandro concesserant temporibus aristotalis esse natum cuius instructione educatus regni paterni moderamine dignus esset dum pheton ignarus regiminis sit currus auriga paterni • **Nunc** uicinitate nimia nunc remota distancia mortalibus estum phebus infeliciter amministrat • ac ne omnes periclitarentur subiecti • pro iniquo regimine iuste meruit fulminari • **Referunt** tamen grecorum quam latinorum historie • quod nobiles inter eos principes non fuerunt qui litterarum pericia caruerunt • **Sacra** lex moysayca • prescribens regi regulam per quam regat • librum legis diuine sibi precipit habere descriptum • deuteronomij decanoseptio • secundum exemplar a

Sacerdotibus exhibendum in quo sibi legendū
esset omnibus diebus vite sue. Hanc labilita-
tem humane memorie et instabilitatem virtu-
ose voluntatis in homine. satis nouerat deus
ipse qui condidit. qui et fingit cotidie corda ho-
minum fingillatim. Quāobrem quasi omnium
malorū antidotum voluit esse librum. cuius lec-
tionem et vsū tamquam saluberrimū spiritus
alimentum cotidianū iugiter esse iussit. quo
refocillatus intellectus. nec eneruis nec dubius
trepidaret vllatenus ī agendis. Istud elegan-
ter iohannes saresburiensis pertractat ī suo politra-
tico. libro quarto. Et m̄ omne genus hominū
qui tonsura v̄ nomine clericali prefulgent. cō-
tra quos libri quarto quinto et septo capitulis
querebantur libris tenentur veneratiōe pape
sanctari. ¶ Capitulum xv. de multiplici effectu
sciencie que in libris continetur

Humanum excedit ingeniū q̄tūq; de fō-
te pegaseo potatū. instantis capituli titu-
lum explicare p̄fecte. Si linguis hominum et
āgelorū quis loquatur si ī mercuriū transfor-
maretur aut tiliū. si dulcescat titiliū eloquē-
tia lactea si demostenis suauitate peroret aut
moysi balbutiem allegabit. vel cū iheremia se
puerum nescientē confitebitur adhuc loqui v̄